



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XVII. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloster eine Hufe bei Seehausen, welche Ritter Hermann Hunger ihnen aufgegeben hat, am 25. Mai 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

domino exhortamur, quatenus eisdem pias elemofinas et grata caritatis beneficia impendatis. Nos vero omnibus, qui predicto loco manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei et Beatorum apostolorum petri et pauli confisi misericordia, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus, consensu dyocesani episcopi accedente. Datum Sehufen, Anno domini M^o. CC^o. LXXXII, kalendis Januariis. Predictam eciam indulgenciam in diebus patronorum et in anniuersario dedicacionis ecclesie extendentes.

XVII. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloster eine Hufe bei Seehausen, welche Ritter Hermann Hunger ihnen aufgegeben hat, am 25. Mai 1283.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis omnibus in perpetuum. Nos dei gracia Otto, albertus et otto, Marchiones Brandenburgenses presentibus protestamur, quod decimam vnius mansi magni siti Juxta zehufen apud aquam, que Aland dicitur, quam nobis dominus Hermannus miles, dictus fames, et eius filii resignarunt, contulimus ecclesie sanctimonialium in Arnesse ordinis sancti Benedicti cum omni Jure perpetuo et libere possidendam. Et ne quidquam molestie eisdem sanctimonialibus super eadem possessione possit in posterum suboriri, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus communiti. Acta sunt hec Sehufen, Presentibus Ludolfo preposito in zehufen, Arnolde de Jaghowe, helmiro louekone, Militibus, et aliis fide dignis. Anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o, VIII kalendas Junii.

XVIII. Ablassbrief des Bischofes von Trient für das Kloster Arendsee, vom Jahre 1285.

Frater heinricus, dei et apostolice sedis gracia Tridentinus episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus Verdenfis diocesis salutem et veram in domino caritatem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, sicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celestis premia suffragari, quod vtique tunc fieri certissime creditur, cum per graciam diuinam Indulgenciam consecuti fuerint delictorum, omnibus Cristifidelibus, qui monasterio sanctimonialium in Arnesse Verdenfis dyocesis manum porrexerint adiutricem, vel ad ipsum locum ex deuocione in festis subscriptis, videlicet dedicacionis et pa-